

¹ In omnib. aut quis ita de ipsa in maiori Ecclesia Canonice electus.

² Et super hoc partes consensiebant. fuit etiam ab una parte propositum quod ipse Præpositus præter Præbendam illam aliam Præbendam habeat Præpositura conexam, quam infra dicitur esse Præbendam.

³ Eos qui super hoc inquisiverunt eundem vinculo excommunicationis astringens. unde obijcitur Clerico memorato quod propter hoc sententiam excommunicationis incurrit, sed ipse talem confirmationem intercessit negabat, que etiam si intervenit, assererat etiam non tenere de iure.

⁴ Pith. 7. Hildeshe. Hildeshe. S. Sancti Univ. S. Sancti Univ. S. Sancti Univ. S. Sancti Univ.

⁵ Idem Episcop. & Archiepiscop. Papien. [c. an. 1210. Româ in Infrâ.]

In Ecclesijs non numeratis vacatio Præbendarum, seu Canoniarum possib. non est: nec fit ibi devolutio ad Superiorem ex negligentia semel in non providendo Ecclesie de Ministris. Hoc dicit: et est casus notabilis.

⁶ Ex parte Hattenen. Ecclesie nostris est acribus intuitum, quod cum quædam Præbende in ipsa per quatuor annos, & amplius vacavissent, Hattenen. Episcopus quoddam ibidem instituit, credens sibi hoc esse Lateranen. Concilio licere. Instituti autem scientes, non esse hanc institutionem huiusmodi, ad Mediolanen. Archiepiscopum recurrerunt: qui eorundem in Canonico Hattenen. Ecclesie ordinavit, & in corporalem possessionem Præbendarum induxit, Capitulo ejusdem Ecclesie præbente assensum, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere curaverunt: [Et infra.] Tandem utraque pars concorditer est contestata, quod in prædicta Ecclesia non erat distincta Præbenda, nec Canonico numero erat certus.

⁷ Nos igitur intelleximus eviderent statum Lateranen. Concilii de beneficijs ultra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse, etsi forte Hattenen. Ecclesia Canonico pateret defectum, unde institutio per Archiepiscopum, vel Episcopum facta occasione Concilii memorati, carere debet robore firmitatis. Quia vero totum Capitulum tribus exceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos objectum est & ostensum: mandamus, quatenus si Hattenen. Ecclesie suppetant facultates, secundum consuetudinem hactenus observatam prædictos Clericos pro Canonici faciatis haberi.

⁸ Tres illi dicebant electionem debere cassari, quia nec Episcopus nec Archiepiscopus supra dicti de concessione Lateranen. Concilii tunc in ordinatione illa poterant præstatam Ecclesiam ordinare, cum utraque circa tempus eis indultum a Canone in ordinatione fuerit negligens & remissus. His vero altera pars dicebat quod nec institutio Episcopi non valeret, Archiepiscopi tamen institutio de iure valebat, quia tempus ei indultum a Canone nisi a tempore quo illi declaratum fuerat, non curret. His autem utrinque ptopositis.

⁹ Pith. 9. Archiepiscopo. Archiepiscopo. Hattenen. Forte Assensu. Suffraganeæ Mediolanen. s.

¹⁰ Idem Episcop. & Archiepiscop. Papien. [c. an. 1210. Româ in Infrâ.]

¹¹ Tandomen. Habens potestatem conferendi, potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

¹² Capitulum. Constitutus in presentia nostra H. Subdiacono Ecclesie vestre Canonice humiliter intimavit, quod tu frater

Episcopo potestatem ei dedisti Sacerdotalem conferendi Præbendam, que primo in Ecclesia vestra esset vacatura; & Remen. Archiepiscopus tunc Apot. Sed. Leg. vobis filii Capituli auctoritate nostra præcepit, ut cum Præbenda ipsa vacaret, personam illam, cui vellet eam H. conferre, sine interpolatione alterius persone reciperetis ad ipsam: [Et infra.] Quocirca mandamus, quatenus Præbendam illam, cui memoratus H. Sacerdotalem Præbendam, cum contigerit eam vacare, duxerit Canonice conferendam, sine contradictione qualibet admittatis: & tu interim frater Episcopo, Præbendam huiusmodi contra formam concessionis tue, conferre alicui non præsumas: [Et infra.] Quia vero concessionis tales, si ad consequentiam traherentur, fieri possent in fraudem Canonice functionis, per quam prohibentur Ecclesiastica beneficia concedi sine promitti antequam vacent; nolimus, quod huiusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personalem, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur.

¹³ Afferuit etiam idem Subdiaconus, quod cum esset ad Apot. Sed. accessurus, ipse sibi præcavimus, appellavit, ut tu frater Archiepiscopo si forte interim aliquam Sacerdotalem contingeret vacare Præbendam, eam nulli conferres, nec eos filii Capitulum reciperetis aliquem præstatum ad ipsam, nisi quem duxerit præstatum Sub. præstatum.

¹⁴ Alioquin noverit nos d. j. u. Cancellario Helien. & A. Canonico Parisien. dedisse in mandatis, ut eos ad hoc per cen. Eccl. app. re. compellant, in irritum redecentes si quid post appellationem ad prælatum Subdiacono ad nos legitime interpositam contra concessionem filii sciam de Sacerdotali præbenda inveniunt attentatum.

¹⁵ Idem. [c. an. 1210. Româ in Calabrym.]

Lateranense Concilium de beneficijs ultra sex menses vacantibus, ad Episcopatum non extenditur.

¹⁶ Dilectus filius magister G. Canonice vestre nobis fugessit, quod Episcopo vestro via universæ carnis in gressu Archiepiscopus sancte Severina affersens, quod propter negligentiam vestram ad ipsam erat eligendi auctoritas devoluta, in Episcopum vestrum elegerit eundem. Non igitur attendentes, quod Canon Later. Conc. ab Alexand. Papa contra negligentem editus, ad Archiepiscopatum, vel Episcopatum non solet extendi, sed ad Perionatus alios & minora Ecclesiastica beneficia coartari, electionem huiusmodi iustitiam cassavimus exigente.

¹⁷ Pith. 11. Idem. Gerontineni Capitulo.

¹⁸ Idem Priori & Superiori sancti Fridi. [c. an. 1210. Roma.]

¹⁹ Non valet promissio beneficii vacaturi.

²⁰ Ex tenore litterarum vestrarum accepimus, quod cum causam, que inter I. Clericum ex una parte, & Abbatem & Conventum de Bello ex altera, super provisione vertebatur ipsius: [Et infra.] Dicitur Clericus post litem contestatam chartam quandam Monachorum exhibuit, continentem quod primam Ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarent eidem: [Et infra.] Nos igitur attendentes, quod promissio prædicta non tenet, utpote contra statuta Lateranen. Concilii attentata: mandamus, quatenus memorato Clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos Abbatem & Monachos absolvatis.

²¹ A. Vobis duximus committendam. Nihilominus per idoneos testes probant ipsos post promissionem eius, licet potuerunt, noluisse, quamquam super hoc admoniti fuerunt, providisse: quare dictos Abbatem & Monachos ad assignandum sibi redditum x. marcharum cogi cum instantia postulabat; fuit ex adverso responsum quod ratione promissionis huius utpote factæ contra Later. Conc. statuta, qua probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat convenire, asserentibus, alii vero in contrarium sentientibus super hoc fuisse binde coram nobis diutius disputatum; eos quid iuris sit in hoc articulo arbitantes, negotio ipso ulterius procedere nonnullis, donec super hoc reciperetis nostrâ beneplacitum voluntatis: nobis humiliter supplicasti ut quid sit in hac parte agendum vos dignarenus per nostrâ reddere litera certiores. [Pith. 12. Idem Priori, &c.] Legendum Priori de Osen & Subpriori sancte Tridestine. Vvestmonast. Augul. 147. 36. Osen ex Camden. 201.

²² Idem. [c. an. 1210. Româ in Galliam.]

Obligatur Prælati, qui promittit providere cum poterit.

²³ Ccedens ad Apot. Sed. R. Clericus suam nobis insinuationem monstravit, quod cum promitteretis vos provisionem eidem in Ecclesiastico beneficio cum possitis, sicut per literas Judicis delegati inde confectas liquidò apparebat: [Et infra.] Nos autem considerantes, quod aliud est Prælatum promittere beneficii collationem cum poterit, aliud cum vacabit: cum in multis casibus se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficii dif-

ferenda: mandamus, quatenus memorato R. cum poteritis, Ecclesiastico beneficio assignetis.

²⁴ Vos igitur id habetis efficere non curastis, alleganter coram Iudicibus, quod talis promissio vos nullatenus obligaret, cum videtur esse facta contra Lat. Con. statuta, quod promissionem inhihet non vacantibus beneficijs.

²⁵ Pith. 13. Idem. Abbat & Conventui Monasterii sancti Michaelis de Tarufa Ordin. S. Benedic. Laudun. Dieces. Sancti Michel en Tiratche.

²⁶ Idem. [c. an. 1210. Româ in Galliam.]

Si ad Capitulum & Prælatum, ut Prælatum, potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit: sed si Prælatum interfuit, ut Canonice: quia tunc de Capitulo transit ad Prælatum, nisi dolum committat. Hoc dicit, et est textus multum allegabilis.

²⁷ Utinam vestrum simul donatio Præbendarum Ecclesie vestre pertineat, utrum Præbende vacantis donatio tempus Archiepiscopum ipsum remaneat, si eam intra semestre penes nos exierit: Ad quod breviter r. quod si vos & idem Archiepiscopus intra tempus prescriptum, circa hoc negotium exiteritis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec a vobis ad illam potestas devolvitur conferendi, sed secundum statuta Lateranen. Concilii ad Superiorem transit donatio: Nisi forte Archiepiscopus non ut Prælatum, sed ut Canonice vobiscum jus habeat conferendi, & in hoc casu cum dolose impedierit, doli ei suffragari non debet.

²⁸ Pith. 14. Idem. P. Subdiacono nostro Præposito & Capitulo Ebrudinensi.

²⁹ Idem Honorius III. Episcopo & Præposito Capituli. [c. an. 1222. Româ in Belgium.]

Sicut non potest Patronus promittere se presentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem presentandi antequam beneficium vacet.

³⁰ Um dilecta in Christo filia Comitissa Flandren. fecerit promissiones de non vacandis beneficijs Ecclesiarum, in quibus possidet patronatus, & donationes eorum in manibus possiderit alienis. Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhihetis eidem ne familia de cetero attentare præsumat.

³¹ Pith. 15. Capitul. Absit a V. C. in quo additur & Cantori.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR. TITULUS IX. I. INNOCENTIUS III. Priori & Conventui Glaston. [c. an. 1214. Româ in Scotiam.]

Vacante Sede status ejus mutari non debet.

³² Noverit illi, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, quod licet C. præ. no. Ecclesiam vestram exerit cathedralem, ipsam Bathonien. Ecclesie uniendo, & idem esset Episcopus utriusque: quia tamen hæc unio asserbatur a vobis in grave præjudicium Glaston. Ecclesie & redundare, cum per ipsam dissolveretur religio, & fraudaretur elemosyna, & hospitalitas tolleretur: nos ad relevandum Ecclesie vestre statum copimus intendere diligenter: [Et infra.] Vos autem post obitum Bathon. Episcopi humiliter postulastis, ut quia tempus advenerat, quo sine scandalo Ecclesie vestre ruina poterat relevari, cum & Bathonien. Ecclesia id ipsum pariter postularet, Rex quocumque regni Magnatibus, & quidam Episcopi cum multis Abbatibus deposcerent illud idem, ut unione penitus dissoluta, Monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub Abbatis regimine gubernandum. Attendentes igitur, quod Episcopi Sede vacante, non debet aliquid innovari, cum non sit, qui Episcopale jus tuteatur, maxime ne plus fuisset personæ, quam Ecclesie videretur, si quod eo vivente concessimus, post obitum ejus subito mutaremus: petitionem vestram nequivimus exaudire, auctoritate prædicta indulgentes, ut cum Bathonien. Ecclesia de Prælatu fuerit ordinata, jus vestrum apud Sedem Apostolicam prosequendi, facultatem liberam habeatis. Interim autem sub cura Prioris idem Monasterium gubernetur.

³³ Et quoniam absens videbatur, ut subito p. nostri evacuaverimus in hac parte statutum, cum ei quantum cum Deo possimus deferere velimus, sicut & volumus, quia quantum cum Deo poterimus, nobis nostris desertis successoribus, tandem ratione manente, si de ceteris dispositum, quantumque bo. m. Sanarigo, & Bathonien. Episcopo displiceret frequenter, ob hoc ad Sed. Apot. laboranti quod status Ecclesia vestra videbatur in melius relevatum. Unde post diversos tractatus & deliberationes multipliciter quod per provocatos & bonos auctores, nostris mandati super hoc ex-

titit ordinatum, ad petitionem ejusdem Episcopi postquam aliud a nobis non potuit obtinere, Apostolice tandem curavimus maxime roborare.

³⁴ Pith. 1. Glaston. Glastonien. Vide Januar. 128. Bal. 74. 136. Camden. 101. Matth. Vvestmonast. Ivo Glastonie Abbatiam contruxit jam dudum destructam, quam etiam multis possessionibus ditatam privilegiorum suorum munimine roboravit.

³⁵ Sanarigo. Savarico. Vvestmon. 66.

³⁶ Idem Honorius III. Episcopo & Magistro V. & S. Canonice Sueuonien. [c. an. 1223. Româ in Galliam.]

Beneficia spectantia ad Collationem Prælati, non possunt conferri per Capitulum, Sede vacante.

³⁷ La devotio sinceritas: [Et infra.] Ecclesiam sancti Leucini, de qua magistrum R. donationis nostræ gratia, præcedente Præbende nomine de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus investivit, sibi duximus confirmandam: non obitante concessionem per Capitulum facta alii, seu confirmationem nostra, si qua in forma communi appareret: obstanta: cum nullquam inveniatur cautum in iure, quod Capitulum, vacante Sede, fungatur vice Episcopi in collationibus Præbendarum: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi Præbendas ad Capitulum per Superiorem negligentiam devoluta, cum non fuerit ibi Superior, qui eas posset de facto, vel de jure conferre.

³⁸ Quam dil. fil. magister R. Decanus Trojan. ad personam nostram & Sed. Apot. habens habuisse dignoscitur, nos inducit ut cum pro sua scientia & probitate inquireremus in visceribus charitatis, eidem negare nolimus, que secundum Deum fuerunt concedenda. Unde nos.

³⁹ Pith. 3. Episcopo Calmen. Episcopo Calmen. vel Calabrensi.

⁴⁰ Magistro V. & S. & magistro W. Sancti Leucini. S. Leucii de Capua, vel S. Georgii de Capua.

⁴¹ Idem Episcopo Burginen. [c. an. 1223. Româ in Belgium.]

Sede vacante iudicium habitum contra Ecclesiam, non tenet.

⁴² Constitutus coram I. præd. no. Procuratore Ecclesie sancte Mariæ de Castro, forti, & Burginen. Episcopo prædecessore tuo, dictus Procurator petebat ab eodem Episcopo restitutionem super libertate liberè eligendi sibi Prælatum: [Et infra.] Nos igitur depositiones testium, qui vacante Burginen. Ecclesia & carente legitimo defensore fuerunt recepti, diximus reprobandas.

⁴³ Quam etiam super terris istius Ecclesie & rebu alijs quibus omnibus pars sua solvata fuerat, inducebat. Lire igitur coram p. n. contestata super præmissis, & postmodum coram Iudicibus delegatis, factis consensionibus & receptis testibus eadem causa fuit ad nos instructa remissa: Procuratoribus igitur partium in nostra presentia constitutis, cum super præmissis coram nobis diutius litigassent.

⁴⁴ Pith. 6. De Castro, forti. De Castro, forti. Burginen. Burgeni.

DE HIS, QUÆ FIUNT A PRÆLATO SINE CONSENSU CAPITULI. TITULUS X.

I. EX CONCILIO APUD VALENTIAM.

Non tenet alienatio rei Ecclesiastica absque approbatione Capituli.

⁴⁵ Rritæ erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiastica absque collaudatione & subscriptione Clericorum.

⁴⁶ Idem Alexander III. Norvicen. Episcopo. [c. an. 1180. Româ in Angliam.]

⁴⁷ In temporalibus alienatione, quam facit Prælati, taciturnitas Capituli habetur pro consensu.

⁴⁸ Ontinebatur decimæ ab Abbatis prius facta, si Conventu sciente, & non contradicente facta est, robur firmum debet habere. Verum si ignorante Conventu, aut contradicente decimam prius prædicto H. concessit, & non post multum temporis de assensu Conventus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet præjudicare priori.

⁴⁹ Idem Vigoren. Episcopo. [c. an. 1180. Româ in Angliam.]

Alienatio temporalis facta sine consensu Capituli, per ratificationem ejus roboratur.

⁵⁰ Um nos jam pridem: [Et infra.] Certum est de rigore juris concessionem illam non tenere, quam recla-

¹ Episcopo Can. & magistris, Calmen. ² al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ³ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ⁴ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

⁵ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ⁶ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

⁷ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ⁸ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

⁹ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ¹⁰ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

¹¹ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ¹² al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

¹³ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ¹⁴ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

¹⁵ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ¹⁶ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.

¹⁷ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen. ¹⁸ al. ita: Episcopo Calmen. & magistris, Calmen.